

Mat. 9. e.
Mat. 5. f.

Mat. 9. e.
Mat. 5. d.
Job. 11. b.
Mat. 9. e.
Mat. 5. g.

Mat. 5. g.

Mat. 10. a
Mat. 6. b.
Mat. 10. a
Mat. 3. c.
Mat. 10. b.
Mat. 6. b.

Mat. 10. c.
Mat. 6. b.
Act. 13. d.
Mat. 6. b.
Mat. 14. a.
Mat. 6. b.
Mat. 14. a.
Mat. 6. c.

B
Mat. 6. c.

tuit: tremens venit et prostratus pedes
eius et ob quam causam tetigerit eum in-
dicavit coram omni populo. et quemadmodum
perfectum sanata sit. Et ipse dixit ei: Fi-
lia: fides tua salutem te fecit. Tunc in pa-
ce. Adhuc illo loquente. venit quidam ad
principem synagoge dicens ei: quia mortua
est filia tua: noli curare illum. Iesus au-
tem audito hoc verbo respondit patri puellae.
Noli timere. Crede enim: et salua erit.
Et cum venisset domum. non permisit in-
trare secum quemquam: nisi petrum et iacobum
et iohannem: et matrem puellae.
Flebant autem omnes et plangebant illam.
At ille dixit. Nolite flere. Non enim est mor-
tua puella sed dormit. Et deridebant
eum: scientes quia mortua esset. Ipse au-
tem tenens manum eius clamavit dicens.
Puella surge. Et reuersus est spiritus
eius. et surrexit continuo. Et iussit il-
li dare manducare. Et stupuerunt pa-
rentes eius quibus precepit: ne alicui di-
cerent quod factum erat.

Conuocatis autem Iesus duo-
decim apostolis dedit illis virtutem
et potestatem super omnia demonia
/ ut languores curarent. Et misit illos
predicare regnum dei: et sanare infir-
mos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis
in via: neque virgam neque peram neque pa-
nem neque pecuniam. neque duas tunicas
habeatis. Et in quacumque domum intra-
ueritis ibi manete: et inde ne exeat.
Et quicumque non receperit vos: exentes
de ciuitate illa. etiam puluerem pedum ve-
strorum excutite in testimonium super illos.
Egressus autem circumibant per castella
euangelizantes et curantes vbique. Audi-
uit autem herodes tetrarcha osea qui fiebat
ab eo. et hesitabat eo quod dicerentur a qui-
busdam. quia iohannes surrexit a mortuis:
a quibusdam vero quia helias appa-
ruit: ab alijs autem quia propheta vnus de an-
tiquis surrexit. Et ait herodes. Iohannem
ego decollauit. Quis est autem iste

de quo ego talia audio? Et querebat vi-
dere eum. Et reuersi apostoli narrauerunt
illi quaecumque fecerunt: et assumptis illis
cessit seorsum in locum desertum qui est
berisaida. Quod cum cognouissent turbe
secrete sunt illi: et excepit eos et loqueba-
tur illis de regno dei: et eos qui cura in-
digebant: sanabat. Dies autem ceperat
declinare. Et accedentes duodecim dix-
erunt illi. Dimitte turbas: ut euntes in
castella villasque que circa sunt diuer-
tent et inueniant escas: quia hic in loco des-
sumus. Ait autem ad illos. Vos date illis
manducare. At illi dixerunt. Non
sunt nobis plus quam quatuordecim panes et du-
o pisces: nisi forte nos eam? et emam? in
omnes hanc turbam escas. Erat autem fere viri
quatuordecim milia. Ait autem ad discipulos su-
os. Facite illos discubere per conuiuia
quingentos: et ita fecerunt. Et dis-
cubuerunt omnes. Acceptis autem qui-
busdam panibus et duobus piscibus. respexit in
celum et benedixit illis. et fregit et distri-
buit discipulis suis et poneret autem tur-
bas. Et manducauerunt omnes. et satu-
rati sunt. Et sublatum est quod superfluum
erat illis fragmentorum copiam duodecim
/ factum est cum vnus esset ortus. erant
cum illo et discipuli. et interrogauit il-
los dicens. Quae me dicunt esse turbe.
At illi responderunt et dixerunt. Iohannem
baptista. alij autem heliam. alij vero quia
vnus propheta de prioribus surrexit. Di-
xit autem illis. Vos autem quem me esse dici-
tis? Respondes simon petrus dixit.
Christum dei. At ille increpans illos
precepit ne cui dicerent hoc: dicens.
/ quia oportet filium hominis multa
pati et reprobari a senioribus et princi-
pibus sacerdotum et scribis et occidi.
et tertia die resurgere. Dicebat au-
tem ad omnes. Si quis vult post
me venire. abneget semetipsum: et
tollat crucem suam quotidie. et se-
quatur me. Qui enim voluerit

Mat. 6. d.
Mat. 14. c.
Job. 6. a

Mat. 14. c. mar. 6.
e. Job. 6. a.

Mat. 14. c.
mar. 5. e.
Mat. 14. d. mar.
6. e. Job. 6. a.

Mat. 14. d.
mar. 6. f.
Job. 6. b.

Mat. 16. d.
mar. 8. c.

Mat. 16. e.
mar. 8. e.
Mat. 16. e.
mar. 8. f.
mar. 16. f.
mar. 8. g.
14. f.